

poris.
Femina est mas occasionatus vel occasio data vel nata.

Quando homo fruitur vel fuerit multi coitus de bilitatur eius visus.

Caput creatur in generatione post creationem cordis

Natura est sicut rector et rector.

Genus mulorum totum sterile est.

Mula non generat omnino. quia non potest cibare conceptum quousque compleatur.

Possibile est ut mula impregnatur: sed raro est visum in tempore preterito. quia non potest cibare.

Embryo primo vivit vita plante: deinde animalis: postea hominis.

Decimi septimi de animalibus.

Quanto natura diminuit multitudinem: tanto augmentatur. in magnitudine
Ars excipit superfluum a corpore: similiter et natura.

Omne quod facit natura est secundum ordinem.

Natura humidior convenientior est in creatione quam terra.

Primum quod generatur ex membris est cor.

Visus parvi cordis est multi coitus et multorum ororum. quia cibus transit in sperma:

Arbores que multum fructificant: cito desiccantur quia cibus earum transit in semen.

Qua non conveniunt conceptui sine scientie maris.

Qua animum duos habent colores. scilicet album et citrinum. ova vero piscium unum tantum.

Principium generationis pulli est ex albo ovum quia principium anime in calido est cibus autem est ex citrino. id est vitello.

Natura ponit avibus cibum in ovo. scilicet vitellum: quemadmodum animalibus lac in mamilla:

Generatio animalium ex sua specie est diversa. Quaedam enim animalia generant animalia completa. ut animalia habentia soleas: quedam vero generant animalia incompleta. ut animalia scissis pedibus multa scissura. quedam generant ova. ut pisces quedam generant vermes: paulatim compelluntur in sua specie. ut a pes.

Accidit hominibus et quadrupedibus coitum desiderantibus ad tactum: et visum. subito

spermatizare.

Quod in animalibus est intelligentius magis habere sollicitudinem circa filios non est consuetudo quam mares solliciti sunt circa filios sed femine.

Decimi octavi de animalibus.

Natura dat operationem et instrumentum simul. quia non potest esse visus sine oculis nec oculis sine visu.

Omnia debiliora et meliora totius veniunt ad complexionem terrae.

Sol facit estatem et hyemem omni anno.

Spacia impregnationis et vite animalium. sunt secundum revolutionem lune.

Viri multorum pilorum ad coras: et a parte inferiori. sunt multi coitus.

Cibus animalium non est nisi dulcis: et valde digestum.

Quod est modicum cito digeretur.

Materia ex qua est generatio. est eadem cum materia ex qua cibatur.

Si homo habeat simul membrum maris et femine unum illorum est principale: aliud vero non principale.

Mulier et equa super omnes feminas diligunt coitum.

In hominibus citius formantur in ventre mares quam femine.

Femina est contraria mari naturaliter.

Animalia magni corporis unum generant filium. Parvi autem corporis multos generant filios: quia in magnis animalibus cibus massis in nutrimentum corporis. et modicum sperma remanet in eis.

Ex uno coitu spermatizabitur unum sperma et cum dividitur sperma multum: generabuntur filii multi.

Menstruum mulieri magis accidit in diminutione lune. quia illi dies frigidiores sunt aliis diebus mensis propter diminutionem lune

Femine debiliores sunt maribus: qui sunt frigidioris nature.

In animalibus generantibus multos filios: plures accidunt filii masculini et maxime in avibus

Decimononi de animalibus.

Somnus est in conceptu in prima sua creatione: et non vigilia: sed non est vere somnus: sed res somno similis.